



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XL. Der Pfarrer in Perleberg, Günther von Sandow, verfügt unter bischöflicher Bestätigung über das Patronat des St. Johannis-Altars in der Pfarrkirche daselbst, im Jahre 1324.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

bonis, nomine securitatis, hic debet ibidem esse securus rebus et corpore, quam diu in ipso perseverat atque saluus. Tertium est, si aliquis princeps vel potens dominus, qui aliquam civitatum nostrarum predictarum violenter inuadere vellet et impugnare, tunc alii civitantes debent monitionibus eorum intercedere ad ipsum dominum et petitionibus pro tali civitate, ut desisteret. Quod si facere non curaret; tunc nulla consolatio necessariorum ex aliis civitatibus sibi debetur ministrari. Hec omnia huc usque servavimus et adhuc volumus observare, volentes etiam predicta vobiscum et cum civitatensibus vobis coadherentibus firmiter observare, dummodo ipsa nobiscum servaveritis vice versa et literas vestras apertas confectas nobis remiseritis super causis sepedictis. In cuius rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Actum et Datum Berlyn, anno domini M^o. CCC^o. vicesimo tertio, in die beati Thome apostoli.

Gercken's Diplom. vet. March. Thl. II, 592.

XXXIX. Gumprecht und Gumprecht, Gebrüder von Alseben, versichern, dem Grafen Berthold von Henneberg für den Markgrafen Ludwig von Brandenburg ihre Schlösser offen zu halten, im Jahre 1324.

Wi gumprecht und gumprecht, brudere van alsleue, riddere, bechemmin in dissim openen brife, dat wi dem edelin herin greuin Berthold von henninberg to vsis herin hant, marggrauen Ludewig van brandenburg, en trouwin gelouit hebbin und mit vs die edele here Greue busse van Mannisuelte, dat wi use stote dem seluin usm herin dem marggrauen und den sinin openen scolen, ome to dienste weder als weme, an vype Grefin heinrich van zwerin, alle tit, wenne des eme not is. Des hebbe wi vfen brif eme gegeben mit vsume und mit des vrogenanten Grefin busse van Mannisuelte Insigel besigelt. Dit is schehin in der stat to steindal, na der bord gods dussint jar CCC^o. XXIII^o, des Sonnaundes vor vsir vrowin dage Lichtmesse.

Nach dem Copialbuche des R. Geh. Kab.-Archives I. Cod. IV. in quarto Bl. 29. — Gercken Cod. I, 173, 174.

XL. Der Pfarrer in Perleberg, Günther von Sandow, verfügt unter bischöflicher Bestätigung über das Patronat des St. Johannis-Altars in der Pfarrkirche daselbst, im Jahre 1324.

Vniuersis presentia visuris seu auditoris Nos guntherus, dictus de Sandow, Sacerdos, plebanus in parleberg, cupimus esse notum, quod dedimus et in presentibus damus de nostra matura pre-deliberatione honestis viris, videlicet henningo huberow, henningo capup, wackero, henrico de dupow, Jacobo Surebir, henrico de Noua domo, Magistris gilde Sancti Johannis ewangeliste in parleberg, et omnibus eorum successibus, liberam facultatem, auctoritatem plenariam cum firma possibilitate, Jus patronatus et collationem altaris, Dotati et fundati in ecclesia Sancti iacobi ibidem ad honorem Sancti Johannis ewangeliste per nostros magistros dicte gilde et per ipsorum coadiutores, prout inferius lucidius continetur, videlicet quod possunt et debent illud altare conferre quatuor vicibus, quarum collationum prima est facta in dominum Conradum dictum Surebir, — Eo vero mor-

tuo possunt et debent secundario altare honesto conferre Sacerdoti etc. —. —. Quatuor collationibus peractis per magistros dicte gilde, Jus patronatus cum collatione dicti altaris dinoscitur extunc ad Nos pleno iure aut ad nostros Successores pertinere, et hoc quidem altare debemus conferre Sacerdoti viro discreto vel persone ydonee, que potest canonice in primo collationis anno ad omnes Sacros ordines promoueri —. Testes huius sunt Dominus Johannes plebanus in Rosenhagen, Dominus Otto plebanus in quitzow, Dominus gerardus de noua domo, apud domum sancti spiritus altarista, Dominus Nicolaus dulcis, Mowes, sacerdotes; Tidericus dypekolk, henningus capup, henricus Radolfi, Tidericus Noreman, henningus buberow, henningus rigbode, Tidericus de studenitz, Tidericus Iose, herwicus de Noua domo, henningus de cartane, consules sepedicte Ciuitatis parleberg et quam plures alii fide digni. Actum et datum Anno Domini Millesimo Trecentesimo vigesimo quarto, feria quinta proxima post Dominicam factus est dominus.

Nachschrift: Nos vero Thidericus, dei gratia hanelbergensis ecclesie Episcopus, donationem predictam addendo nostrum consensum ratificamus et in nomine domini presentibus confirmamus. In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus et appensum.

Nach dem vom Superintendenten Liesegang in Peseberg mitgetheilten Originale.

XLI. Tauschvertrag der Pfarre zu Lenzen mit den Knappen von Alesleue wegen des Dorfes Brutzow, vom Jahre 1325.

Omnibus presentia uisuris seu etiam auditoris salutem in domino. Nos Gumpertus, Vrizo, Bernhardus, Richardus, Borchardus, domicelli de Alesleue, recognoscimus lucide in his scriptis, quod matura nostra deliberatione prehabita et cum consensu venerabilis patris domini Theodoricus Hanelbergensis ecclesie Episcopi, nec non consilio plurimorum permutauimus cum discreto viro domino Johanne Doring, rectore ecclesie Lentzen, cum quibusdam bonis in hunc modum, quod idem dominus Johannes, eiusdem ecclesie rector, nobis villam Brutzow, quondam ad ecclesiam Lentzen fundatam et dotatam, cum omni iure et libertate qualibet et utilitate rite et rationabiliter et omnibus prouentibus, prout ipsi et sui predecessores predictam villam vsque in hodiernum diem possidebant, assignauit. Pro qua villa nos sepe dicti de Alesleue XII. talenta nouorum denariorum Brandenburgensium et porcum, quinque solidos nouorum Brandenburgensium denariorum valentem, atque hedum in villa Lanzic singulis annis in festo Michaelis Archangeli in redditibus tollenda ad dictam ecclesiam Lentzen relocamus, stabilius et donamus, ibidem cum sculteto, in illo uidelicet latere eiusdem ville, ubi scultetus moratur, qui inquam scultetus equum quatuor marcas Stendaliensis argenti et ponderis valentem ad usum dicte ecclesie Lentzen tenebit perpetuo duraturum, Pro quo eiusdem ecclesie rector XXX. solidos nouorum denariorum Brandenburgensium annuatim in festo Michaelis Archangeli, sibi si placuerit, tollat sculteto ab eodem, si ipsum illius anni circulo de tali equo siue seruitio habere voluerit supportatum. Que vero bona memorata ac redditus similiter et scultetum et alios agricolas dicte ecclesie Lentzen agrum scilicet in Lantzig colentes idem dominus Johannes Rector prefate ecclesie Lentzen et sui successores pro nobis et nostris successoribus absque impedimento aliquo ac pro impetitione qualibet cum omni iure, iudicio infimo et supremo, cum siluis, pascuis, pratis, campis, aquis et nemoribus et cum omnibus prouentibus iam sepius dictis redditibus spectantibus absque villa petitione perpetuis temporibus pacifice, libere et quiete penitus possidebunt. Ad euidenciam firmio-